

quid demum huius est, nullius iuribus, vt fieri nequit, ita nec ipsi volumus vt fraudi sit; Deo potius & optimo cuique gratum & acceptum.

CAPVT VI.
DE DIPLOMATIS ET SCRIP-
TORIBVS CONRADI I.

§. I.

Liceat nobis pace lectoris tumultuaria opera ad calcem adiicere indicem monumentorum, e quibus historiam Conradi I. hauriri & suppleri posse arbitramur. Atque hic *diplomata* regis merito in fronte collocamus, quorum aliqua fragmenta Cap. II. ipsi exhibuimus. Numerum octenarium ea vix excedunt: plura saltem nobis, licet horum cimeliorum arculas sedulo excusserimus, inuenire non contigit. Primum monachis Fuldens. datum exhibet Brower. Ant. Fuld. p. 282. alterum Tollnerus in *Cod. diplom. Palat.* p. 17. aliud Schaten. in *Annal. Paderborn.* pap. 145. aliud Stangefol. in *Westphalia* p. 172. aliud Hedamus in *Episc. Vltraiect.* p. 255. & Ioann. a Leidis in *Cbron.* aliud denique Freher. in *orig. Palat.* p. 174. & Heilwigius in *Antiq. Laurisheim.*

§. II.

Quod ad *scriptores* attinet, Conradus, qui vitam & res gestas suas ex instituto consignaret, nactus est e veteribus neminem. Quamobrem contentos esse nos oportet narrationibus eorum, qui, vt instituto suo satisfacerent, in serie rerum Conradi historiam quoque attigerunt. In his primus est *Wittichindus* ille Corbeienlis, copiosus & apertus scriptor, cuius *Libros III. de Saxonum rebus*

rebus gestis H. Meibomius Tom. I. notis suis illustravit: cui iungimus *Ditmarum Martisburg. Episc.* in eodem argumento versantem; sed Saxonibus suis addictiorem: restitutum atque editis hucusque exemplis longe plenior emendatioremque exhibet Leibnitius in scriptoribus suis. Sequitur *Eccardus* triualis scriptor *de casibus S. Galli*, quem Goldastus edidit in *tomis rerum Alemann.* Denique *Liuthprandus Ticinens. Diac.* cuius *historiarum libros VI.* caute legendos suo tomo inseruit *Iust. Reuberus.*

§. III.

Præter hos superunt multi *chronicorum compilatores.* Quo pertinet *Abbas Prumiensis*, luculentus fideque dignissimus auctor: *Hermannus Contractus*, quem plenior dedit *Christ. Vrtisius tom. I. Marianus Scotus* diffusior est in nonnullis. *Chronicon Laurisbeimense* amice conspirat cum *annal. Franc. Fuld.* accuratum est in primis, ut & *Chronicon breue S. Galli* apud *du Chene tom. 3. & Annales Hepidani, Lambertus Schafnaburg.* quo, *Barthio iudice*, nemo politius inter veteres Germaniæ res litteris commisit, in computatione annorum deprehenditur omnium diligentissimus. *Sigebertus Gemblacensis* itidem fecundus est, nec tam multis nugis oneratur, ut *Sigfridus Presbyter.* *Albertus Stadenfis* forte nimium credulus est. *Otto Frisingensis & Gothefridus Viterbiensis* copiosi quidem sunt; at non ita comparati, ut iis ubique fidere queamus, utpote ab antiqua rerum memoria nimium remoti. His accedunt sequiores nonnulli alii: *Gobelinus Persona, Wernerus Rolewink, Henricus Bodo* in *Syntagm. Gandesheim. Regionillanus* a *Schiltero* editus: *Auentinus: Annales Heremi deiparæ matris* a *Christoph. Hartmanno* producti: *Hugwaldus Mutius: Ioann. a Leidis & Ægidi-*

Ægidius de Roya in Script. Belgicis Fr. Swertii: Cranzius: Chronographus Saxo, qui sequuntur fere vestigia ceterorum; afferunt tamen e peculiaribus documentis quædam noua.

§. IV.

E recentioribus *Conradi I. res gestas* articularius proposuit *Nicol. Schatenus in Annal Paderborn.* qui non solum annos accurrate digerere conatus est; sed & res ipsas luculenter enarrauit: ac licet ipse quoque suos manes patiat, in hoc negotio tamen eo vix carere possumus. *Henr. Baclerus* in rebus *Seculi X.* circa *Conradum* adstrictior est neque multa adfert singularia. Qui fit igitur, inquis, vt in tanta scriptorum omnis generis & omnium ætatum copia de monimentorum paucitate & penuria conqueraris? Verum enim vero isthæc euoluentibus patet, quam pauca sint, quæ ad *Conradum* pertinent, vt haud raro integrum volumen perlustrandum sit, in quo vix aliquot versiculos inueneris, qui faciant ad institutum. Præterea alter alterius scrinia bona fide compilauit, vt, peruolutis aliquibus e vetustioribus, ceterorum lectione, nisi fabulas ames, supersedere possis: quod facile probatu est. Sed nos iam hoc non agimus; quin eo velis remisque contentimur, vt portum tandem aliquando consequamur.



off Carolingus
ribus, vt fieri
Deo potius
 VI.
ET SCRIBI
ADI L.
 uaria opera ad
 ntorum, e quibus
 suppleri posse
 s merito in fronte
 ta Cap. II. ipsi ex
 vix excedunt
 rum arculas (e
 te. Primum
 er. Ant. Fuld.
 Palat. p. 17. aliud
 ind Stangefol. in
 ise. Vtriusq. p. 25.
 que Freher. in orig.
 Lawisheim.
 nradus, qui vident
 aret, nactus est
 contentos esse
 vt instituo
 toriam quoniam
 blindus ille
 us Libro: Sacram
 ritus

